

- tem* contus cum ferro; cuius diminutivum facit <h>astilia. Contus
 ferrum non habet, sed tantum cuspidem acutum. Trudes amites sunt
 lunato ferro, que Greci aplustria dicunt a trudibus vel que trudunt et
 detrudunt. Venabula sunt que venientes excipiunt. Exspectant apros
 150 et leones † in transverso sit tantum firma tenentis manus. Lancea
 equale amentum ponderata vibratur. Amentum vinculum est iaculo-
 rum hastilium, qui mediis hastis aptatur, et inde amentum quod
 media hasta iaculatur et ligatur. Clava est clavis ferreis invicem reli-
 155 gata, et est cubito semis facta in longitudine. Haec et cadeta dicitur.
 Est enim genus Gallici teli et materia quam maximo † iactulo longe
 propter gravitatem evolat, sed quo pervenit numina (!) perfrangit.
 Quod si ab artifice mittatur, rursum redit ad eum qui misit. Falarica
 est ingens torno factum habens ferrum cubitalem et rotunditatem de
 160 *ferro* in modum sp<h>ere. In ipsa summitate dicitur ex igne habe-
 re affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus. Falarica autem
 nervis mittitur et quodam machinamento vibratur/ in hostibus. Pila
 sunt arma iaculorum atque telorum ad torquendum vel emittend-
 dum. Telum est quidquid longe iaci potest. Cuspis est <h>astilis
 165 amentata. Proprie autem cuspis posterior pars haste est. Sagitta e ve-
 locitate vocata. Pinnis enim fertur quasi avis, ut celeriter mors per-
 quirat hominum. Scaptus spicula sunt sagitte vel lancee breves, a spi-
 carum specie nuncupate. Scorpio est sagitta venenata. Arcum tor-
 menti virus quo figit infundit. Tega *que ab aliis dicitur* pharetra iacu-
 170 *la illic reponuntur*. Coriti tecta sunt arcuum. In vagina mucro vel gla-
 dius reponitur. Dolones sunt vagine lignee, intra quas latet pugio
 sub specie. Contra balistam testudo valet: series enim fit armorum
 umbonibus inter se conligatos. Aries fit ex valido et nodoso arbore
 capite ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manuum *au-*
 175 *xilio* ad murum impellitur, deinde retrorsum ducta maiori impetu
 destinatur, sicque crebris ictibus concussum muri latus cedit cava-
 tumque inrumpit ac fenestram facit. Contra impulsam arietis reme-
 dium est saccus paleis plenus et in eo loco dimissus quo aries ferit.
 Laxo enim saccorum sinu ictu arietis mollitur illisus. Duriora enim
 180 mollioribus facilius cedunt. Plutei sunt crates corio crudo intexte,/

147 contus] cuneus 148 tradesamites 151 intransversus K: intrant ursos *Isid.*
 sidtanti in 154 clava 160 ex igne K 162 hostibus KN 166 percurrat ad homi-
 nem *Isid.* 172 sub baculi specie *Isid.*: baculi *om.* KN 173 ambonibus inter se *Isid.*:
 in terre